



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Epitome Tribvnalis Sacramentalis Reverendissimi Patris
Petri Marchantii**

Zurmöllen, Heinrich

Neuhusii, 1677

Art. 4. De peccatis Sacerdotum ut Sacerdotes sunt

urn:nbn:de:hbz:466:1-9734

Articulus Quartus.

De peccatis Sacerdotum ut Sacerdotes sunt.

1. **S**acrilegium commitunt qui non ordinati Sacerdotes missas celebrant.
2. Peccant mortaliter qui tanta ignorantia vel errore laborant ut formas essentiales consecrationis non norint , aut ex contemptu,negligentia,vel mentis evagatione illas adhibere non curant.
3. Peccant mortaliter qui cum præsenectute vel alia de causa ita oculis calligant ut rite legere & ad materias Sacramentorum adverterere non possint nihilominus celebrant.
4. Peccant mortaliter qui non dantoperam ut virtualem saltem intentionem habeant in celebratione missæ,& ij nefandissime qui ex malitia intentionem habere nolunt.
5. Qui celebrant in statu peccati mortalis non præmissa confessione,vel contritione,saltem existimata.
6. Qui non jejuni celebrare presumunt.

7. Sa-

7. Sacerdos ignorans partem aliquam essentialiem missæ, si ad celebrationem accedat peccatum mortale committit: Si autem illam partem omittat sacrilegij crimen incurrit, quia de facto mutilum facit sacrificium.

8. Qui omittit aliquam notabilem partem Ceremoniarum integrantium Sacrificij celebrationem ab Ecclesia institutam, peccat mortaliter, censura autem pars notabilis, si quis Epistolam totam cum Graduali & alleluja omitteret vel oblationem aut aliquam portionem canonis.

9. Qui accidentalem Cæremoniam, ut genuflexiones, girationem aut elevationem manus ignorat aut omittit, secluso scandalovenialiter tantum peccat.

10. Peccant Sacerdotes: qui non tantum negligunt sacras cæremonias, sed Histrionum more pro libitu, gestus & modos sibi fingunt, vel ab alijs effictos efformant.

11. Peccant qui novos ritus introducunt ex quibus indebiti cultus, aut falsi, vel superstitionis in Missa inducuntur, dum di-

versa signa aut orationes Sacerdotes im-
miscent, reliqua peccata habent cum Cle-
ricis & alijs communia de quibus suis locis
dicemus.

TITVLVS NONVS. *De Diaconis illorum obligatio- ne & peccatis.*

Articulus Primus.

De materia forma & officijs Diaconatus.

1. **D**Uplex in Pontificali exprimitur
signum, quo Episcopus uti solet
in ordinatione Diaconi: prius est, quod fit
impositione dexteræ manus super Caput
Ordinandi, cum hac verborum forma: ac-
cipe Spiritum S. & robur ad resistendum
Diabolo ac temptationibus ejus in nomine
Domini: posterius est: traditio libri Evan-
geliorum, cum hac verborum forma: ac-
cipe potestatem legendi Evangelium in
Ecclesia Dei , tam pro vivis quam pro de-
functis, in nomine Domini: Amen.

2. Utraque vero hæc actio tam impo-
sitionis manus quam traditionis libri Evā-

6137

CH

gelio-